quaſi poſſeſſio que etiã vnico actu queritur. aliđ
eſt poſſidere, ſicut aliud eſt ire, aliud eſt iter. de
ſtipul. ſerui. l. ſed cum factum. poſſidere enim eſt
actus ipſe qui eſt cauſa poſſeſſionis: quod patet i
quia poſſeſſio habet quaſi continuam ⁊ natura
lem cauſam. ſed actus eſt momẽtaneus. de acq. k
poſ. l. j. ſ. veteres. Huic actui intrinſeca vtilitas
in eſt, que appellatur fructus. commoditas autẽ
iſta que appellatur fructus, eſt in eligente, tanq̃
in eo qui ſerit: ⁊ in electo, tãq̃ in eo qui metit vo
luntate poſſeſſoris. affert enim electo commodi
tatem hec electio: quia debet cõfirmari, ⁊ preſen
tatio affert hanc vtilitatem: quia debet inſtitui.
verbum autem eligentis vel preſentãtis eſt ſe l
men eius qui exijt ſeminare ſemen ſuum: ⁊ quia
omne quod ſeminatur dicitur fructus induſtria
lis ideo iſte fructꝰ aſſimilatur fructui induſtria
li potius q̃ naturali, nam homo nõ materia dat
ſibi eſſe ⁊ formam eſſe: quia de nõ eſſe deducit ad
eſſe, ⁊ ad vſum. fructus autem naturales non ſe
runtur manu. de. de cõtrahen. emp. l. cũ manu ſa
78 ta. ff. de rei vend. l. ſi eius fundi. ¶ † Videamꝰ
ergo qualis poſſeſſor poſſit eligere, vel preſenta
re ⁊ an amoto eligente, caſſetur electio. dic ergo
ꝙ violẽtus poſſeſſor eligere non poteſt: quod ſic
probatur. fructus ⁊ effectus poſſeſſionis iuris
eligendi, eſt ipſum eligere: ſed poſſeſſor violen
tus non facit fructus ſuos: ergo poſſeſſor vio
lentus non facit ſuam electionem, ſi electio ſua
non debet confirmari, ſed infirmari. Iſta eſt ra
tio Innocen. in. c. in literis, in princip. de reſtitu.

¶ Iuſtitia tuta Vide Bald. in. l. ſi ꝗs ad ſe fundum. vnde vi.

¶ Et not. Nota ꝙ bellũ precedere dꝫ diffidatio. vid bal. in aut. item nulla cõitas. ſ. de epi. ⁊ cle. An. Bar.

¶ Grauari. Adde Bal. i aut. ſꝫ oĩno ſ. ne vxor. p mari.

¶ Diffidatio. Vide Bal. in. l. pe. ſ. đ excu. rei iudi.

☞ Adde eundeꝫ in. l. ſi me nomiſſe ri. ver. adđ extra. ſ. de obſe. pa. pſ. ⁊ in aut. itẽ nulla. ſ. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ Io. an. in. c. pro huma ni. extra de homi. li. vj. in nouel. Cel.

¶ Sed nũqđ An per furtum vel p ditionem poſſit re cuperari caſtrũ p ditũ, vide in. c. oliꝫ de reſt. ſpo. gl. j. c. ius naturale. alias ius gentiũ, ſeu ius militare. j. di. An Bar.

¶ Per furtũ. Ad de. Bal. in. l. j. in fi ſ. vnde vi.

¶ Quinto Vide Bal. ſ. ea. l. inter iuxta hoc querit̃.

¶ L. ii. voluit. alle gare gl. no. i. l. ij. ſ. de eo qui pro tut. ⁊ vide ibi Bald. ⁊ incipit nõ vtiliter. ⁊ eaꝫ allegauit ad ꝗ Bar. in. l. ſi tutor. i fi. ſ. in q cau. in inte. reſti. ñ eſt neceſſa.

¶ L. non ignorat. ⁊ ibi vide Bald.

¶ Sꝫ q. de ſexto. Qñ debitores ſpõ te ſoluerint falſo p lato, vide q̃ dixi in c. cũ dilectꝰ. de or. cog. alias. in. c. cuꝫ eccleſia. de cã poſ. And. Barb.

¶ Debitores. Ad de Bal. in. l. ẽpto rẽ. ſ. loc. ⁊ ibi queri tur qđ ſi pendet qđ cõtra eũ đ plat ura ⁊ dignitate, an teneat̃ ſoluẽ. ⁊ not. ꝙ ſi aliquid pmit titur heretico, vel ſciſmatico, tanq̃ p lato, ex pmiſſione nulla ſibi act. que ritur: qꝛ eſt impoſ ſibile ipſuꝫ eẽ pla tũ. ita di. Bald. in l. ea que. i. ſi. p illuꝫ text. j. de do. ante nup.

a ¶ Inordinate. Facit glo. in. l. iuſte. ff. de acq. poſ. ⁊ ad hoc vide no. per Bart. in. l. ſed ⁊ ſi lege. §. ſcire. ff. de pe. he. et Cy. in. l. meminerint. j. vnde vi.

b ¶ Exauthorato. Vide Bal. i. l. j. j. de teſti. ⁊ in. l. nihil j. de ma. vindi.

c ☞ Qui ſunt poſtulandi et a quibus poſtulari debent. Tu vide qđ notaui in apo. ad Pa. poſt eũ ⁊ alios, ſuper tu. de poſt. prela. in ver. maxima. ⁊ Car. mãdago. in ſuo tracta. ele. parte. j. ca. iiij. ⁊ a quo poſtulatur. Idem Cardi. vbi. s. cliiij. ⁊ ibi in gl. in verſi. diſpenſari. Cel.

d ¶ Sed ſi erat promiſſa. Not. ꝙ ſeruitus promiſſa non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. ⁊ pondera: qꝛ Bald. videt loqui in re q̃ eſt ipſius promittẽtis, ſed non in re cõmuni: quod bene põdera, ⁊ Specul. hic allega. non loquitur in fundo cõmuni, ſed proprio: qꝛ in re communi nõ dꝫ ſeruitus promiſſa, ſed cõſtituta And. Barb.

e ¶ Prouinciales. Vide gl. in. l. in ꝓuinciali. in princ. ⁊ ibi Paul. de caſt. ff. de ope. no. nũ. ⁊ ſalic. in rubric. j. de vſuca. transfor.

f ☞ Poſſit conſtituere ſeruitutẽ. vide quod notaui in apoſt. ad Guill. de cug. hic, num. j. in verũ. cõſtituere ſeruitutem. ⁊ Alexã. omnino in. l. ſed et quo ad eas. ff. de pig. ⁊ conſil. clxxvj. vol. ij. Cel.

g ¶ Emphyteuſi. Vide gl. ⁊ doct. in l. iij. ff. eod.

h ¶ Quero hic vtrũ. No. ꝙ predia q̃ nõ cõſueuerunt ſoluere tributũ, nõ pñt cõpelli ad illud ſoluendũ, qđ in decimis, ſi quis nõ conſueuerat illas ſoluere: an poſſit compelli. dicas ꝙ ſic. c. j. per doct. de ꝓbẽ. aſs de decimis. in vj. And. Barb.

ſpo. ⁊ hoc: quis ſi pretor confirmaret: ergo pretor
tueretur malefidei poſſeſſorẽ in ſua improbitate:
qđ facere non dꝫ pretor. ar. ff. de fur. l. itaqꝫ fullo.
nã poſſeſſio predonũ nõ pertinet ad iudiciũ vigo
rem. ff. cõmuni diui. l. cõmuni diuidũdo. §. inter
79 predones. ergo non põt peti cõfirmatio. ¶ † Itẽ
ſicut falſus procurator non eligit: ita nec falſus
patronus. ar. ff. de ꝑcu. l. ſi is q ſtichũ. ⁊ hec vera
in quolibet predone nõ habẽte titulũ, nec bonaȝ
fidem. nã ſua poſſeſſio ſterilis eſt: imo tenẽdo qua
ſi furtũ. facit. ff. de condi. indeb. l. ſi vrbana. ⁊. ff. ſi
cer. pet. l. ſi quis nec cãm. §. pe. ⁊ fi. ⁊. ff. de cõd. ob
80 cau. l. pe. ¶ † Sed quid ſi quis eſt in poſſeſſione
mala fide: tñ authoritate pretoris: qꝛ pronuncia-
tus eſt canonicus, vel patronꝰ ille qui nõ erat: an
poterit eligere? Quidã dicũt ꝙ nõ: ſed veritas eſt
ꝙ ſic: ⁊ talem electionẽ tueri dꝫ pretor: vt no. Jn.
in. c. cõſultationibus. de iure pa. Et ego ꝓbo per
has duas. ll. primo ꝑ. l. generaliter. de nox. ſcđo
per. l. ex diuerſo. §. j. de rei ven. ibi dũ dicit, eodeȝ
errore de fructibus. Itẽ talis ſñia ꝑ quã aliquis
pronuntiatur patronus, nõ ſolũ eſt declaratoria,
ſꝫ diſpoſitiua: ⁊ ideo facit ius: vt. ff. de iure pa. l. ſi
iurauero. ⁊ hoc ſi ſententia ſit lata rite: vt. ff. de
acqui. poſ. l. iuſte. ſed ſi nõ rite: talis ſentẽtia ma-
lefidei poſſeſſorẽ non tuetur. j. vnde vi. l. memine
rint. ꝑpter vitiũ pronuntiationis. de excuſa. tut,
l. qui teſtamẽto. ⁊. d. c. cõſultationibus. qꝛ miſſus
a autoritate iudicis in poſſeſſionem inordinate[a],
81 non acquirit fructus. Jnn. ¶ † Sed quid ſi ele-
ctus a predone eſt confirmatus a ſuperiore? Rñ.
omnes ei tanquam legitimo reſpondebũt, ꝑpter
vim confirmationis facte cũ ordine iuris: vt no.
in. d. c. in literis. ꝑ Jnn. nã electio facta a predo-
ne nõ eſt nulla ipſo iure: ſed dꝫ caſſari, poſtqꝫ con-
ſtat ꝙ inique poſſidet: ⁊ non ante. ⁊ ideo in re du
bia tenet confirmatio: vt. d. c. in literis. per Jnn.
Sed an poſſeſſor bonefidei lite cõtra eum conte-
ſtata poteſt eligere, vel preſentare? ⁊ videt ꝙ nõ:
qꝛ poſt. lit. conteſta. omnes poſſeſſores ſunt ma
lefidei: vt. ff. finiũ regun. l. iiij. §. poſt litẽ. ⁊ plene
no. ff. de rei ven. l. fructus. de peti. hered. l. ſed ⁊ ſi
lege. §. ſcire. ⁊ de vſufruc. l. ſi fur. ¶ Contrariũ di
cit Jnno. qꝛ qui iuſto initio poſſedit, etiam poſt
lit. conteſta. põt fructus percipere, ⁊ ſuos facere.
ff. de acqui. rer. do. l. bonefidei. ⁊ ideo electus ab
eo confirmandus ⁊ inſtituendus eſt: qꝛ ſi ſuos fa
cit fructus: ergo alienare poteſt. ita not. Jnno. in
d. c. conſultationibus. Sed tunc quero ſi poſtea
poſſeſſor iſte ſuccumbit, an electio iam facta caſ
ſetur. ⁊ videt ꝙ nõ: vt. ff. de mino. l. iulius. q̃ eſt
l. fi. ⁊. ff. de acqui. he. l. ſi minor. j. de ſen. paſ. l. fi. et
82 hoc vbi poſſeſſio euincitur. ¶ † Sed quid ſi que
ſtio erat inter compoſſeſſores: puta duo patroni
verus, ⁊ putatiuus, preſentauerunt diuerſos, et
vterque erat in poſſeſſione? Rñd. preſentatus a
vero patrono faciet alium amoueri: quia eſt pre-
ſentatus a iuſtiore poſſeſſore: vt no. in. d. c. conſul
tationibus. per Jnnoc. Si aũt verus patronus
non eſt in poſſeſſione, non poteſt preſentare: ſicut
nec ſua authoritate poſſeſſionem inuadere: ⁊ fa-
cit de re iudi. c. cum Bertoldus. quomodo autẽ
probat bona fides, no. de iti. actuqꝫ priua. l. j. §. j.
83 ¶ † Nunc de octauo puncto, ſcilicet de obedien
tia ⁊ iuriſditione: an ſit obediendum minus iu-
ſto prelato, qui eſt in pacifica poſſeſſione officij
ſui: ⁊ an poſſit exercere iuriſditionem ſuã in rebel
les. ⁊ videtur ꝙ ſic: vt in. d. l. Barbarius. ſed in il
la. l. concurrebant tria. ſ. ſuperioris ſumma au-
thoritas, error communis, qui idem operatur ꝙ
veritas. j. de teſtamen. l. j. ⁊ publica vtilitas. Idẽ
tamen ſi concurreret ſuperioris authoritas, ⁊ er-
ror communis, licet tertium non concurreret. ſ.
publica vtilitas: vt. j. de ſenten. l. ſi arbiter. Ideȝ
ſi concurrerent alia duo. ſ. error communis, ⁊ pu-
blica vtilitas, licet ceſſet ſuperioris authoritas:
b vt patet in occulte exauthorato:[b] vt notatur in
84 authen. de tabel. §. pen. ¶ † Sed poteſt dici
ꝙ i exauthorato adhuc remanẽt reliquie quedã:
vt no. d autho. tut. l. ſi pluribꝰ. ſecꝰ ergo i eo q nñ
quam fuit autoritate ſuperioris fretus, ſeu prelatus: ſꝫ forte per falſas li
teras obtinuit reputari prelatus. ar. ff. de iud. non idcirco. §. cũ poſtea. ⁊
qđ no. Jnn. in. c. in literis. de reſcri. ⁊. j. de fal. l. ex initio. ⁊. ff. de fal. l. eos.
§. qui ſe. Sed nũquid ille qui ſcit aliquẽ non eſſe prelatũ, incurrit irregu
laritatem, ſi excõicatus exiſtẽs ab eo, celebrat? videtur ꝙ nõ: qꝛ lꝫ iudex
procedat ſꝫm probata: tñ pars poteſt procedere ſꝫ conſcientiã: vt not. in
d. c. in literis. Itẽ iſte ſpirituales pene debent potius inniti veritati quã
opinioni. omnis enim non confirmatus, intruſus eſt: ⁊ ideo nec ei ne ge-
ſtis ab eo ius ciuile fauet, nec patrocinatur: ⁊ nil valet in his que facit tẽ
85 poraliter, vel ſpiritualiter. ¶ † Confirmatus aũt, cuius confirmatio eſt
propter occultum vitium cõfirmata, omnia tẽporalia põt. ſpiritualia ve
ro nõ poteſt. vt ſi eſt factus hereticus, vel ſchiſmaticus: vt no. de elec. c.
nihil eſt. per Jnn. communis aũt opi. lꝫ firmet geſta barbarij: nõ tamen
firmat eius preturam, qm̃ detecta veritate, eſt amouendus de officio: et
ſic alijs prodeſt, ſed barbario non prodeſt, de quo formatur ibi queſtio, et
non ſoluitur, ſꝫm verum intellectum: de hoc in. d. c. in literis, per Jnnoc.
86 ¶ † No. qui ſunt poſtulãdi[c] ⁊ a quibus poſtulari debent omnes qui nõ
c poſſunt officium ad quod poſtulantur exercere ſine diſpẽſatione, ⁊ debẽt
poſtulari ab his ad quos pertinet confirmatio ⁊ conſenſus. de poſtu. pre
87 la. c. ⁊ ſi vnanimiter. per Jnn. ¶ † Not. ꝙ tributum capitationis eſt tri-
butum reale: vt in angelicis, licet reddãt tot denarios eccleſie quot ſunt
capita. quod probatur tali ratione: quia ſi exirent terram domini: liberi
eſſent a tributo, ſi enim eſſet perſonale tributum: ſequeretur perſonam.
de poſtu. prela. c. ⁊ ſi vnanimiter per Jnno. ⁊ hec ſufficiant quantum ad
preſentem legem.

1 ☞ Seruitus poteſt imponi predio tributario. ⁊ nu. 2.
3 Emphyteuta an poſſit imponere ſeruitutem in re emphyteutica.

¶ Lex tertia.

## Et in prouinciali.

¶ Prouinciales licet eorum predia ſint tributaria habent tamen dominium: ⁊ ideo poſſunt ſeruitutem cõ
ſtituere, ⁊ acquirere. h. d. Et habet duas partes. Primo po-
nit vnum dictum. Secundo quandam illationem. ſecunda ibi, quare.
1 ¶ † No. ꝙ predio tributario põt imponi ſeruitus. ¶ Scđo ꝙ poſt im-
poſitã ſeruitutẽ res ad quẽlibet ſucceſſorẽ tranſit cum onere ſeruitutis
cõcor. ff. de ſer. ruſti. ꝑdio. l. via cõſtitui. §. ſi fundus. ⁊. ff. de cõtrahẽ. emp.
l. ſi aqueductus. ⁊ hoc eſt verũ in ſeruitute realiter cõſtituta: ſed ſi erat ꝓ
d miſſa[d], nõ tñ cõſtituta: talis promiſſio nõ afficit ſingularẽ ſucceſſorẽ rei:
vt. ff. de cõtrahẽ. emp. l. vlt. ⁊ no. ff. de alie. iud. l. iij. §. opus. ſꝫm Mar. ſil. ⁊
Cy. ⁊ per hoc dico ꝙ lꝫ ſeruitus ſequatur prediũ: tñ pene promiſſio nõ ſe
quitur fundũ: qꝛ cõſiſtit in perſonali oblĩone. l. cũ fundo. de ſer ruſt. predi.
q̃ eſt ad hoc no. ¶ Et an in dubio preſumatur ſeruitꝰ, vel ꝓſumet factũ
ꝑſonale, vel obligatoriũ ꝑſone, vide Spe. in quarta parte, de emp. ⁊ ven.
§. ſciendũ. v. ſꝫ pone. ⁊. ff. de ſer. ruſt. predi. l. lucꝰ. Ex qua. l. pꝫ ꝙ vba di-
recta in ipſuȝ ꝑdiũ inducũt ſeruitut. qđ eſt notabile valde. Item vide in
2 l. in vẽditione. ff. de act. emp. ¶ † Quero hic que erat rõ dubitatiõis hu
e ius. l. Rñ. qꝛ ꝓuinciales[e] non ſunt domini: vt. j. de vſuca. trãſfor. l. j. in fi.
⁊ ibi gl. nã ꝑdia tributaria ſunt iuris ⁊ ꝓprietatis fiſci, vt ibi dicit: vñ vi
debatur ꝙ non poſſit imponi eis ſeruitꝰ ꝑ priuatã perſonã: ſꝫ cõtrarium
eſt verũ: qꝛ illa priuata perſona hꝫ vtile dñium, ſeu dñij effectũ: ⁊ iõ poteſt
3 imponere ſeruitutẽ, vt hic ſꝫm gl. ⁊ Ja. bu. ¶ † Iuxta hoc quero, nunqd
f emphyteuta in re quã hꝫ in emphyteuſim poſſit conſtituere ſeruitutẽ[f]. ⁊
videt ꝙ ſic: vt. ff. de ſuperfi. l. j. §. pe. ⁊ fi. ⁊ ꝑ hoc. ff. qui. mod. vſuf. amit. l.
j. §. j. Jn cõtrariũ videt ꝙ emphyteuta nõ poteſt alienare ſine conſenſu
dñi: vt. j. de iure emphy. l. fi. ſed vbi ꝓhibet alienatio, ꝓhibet ſeruitutis
impoſitio: vt. j. de reb. alie. nõ alie. l. fi. Itẽ qꝛ emphyteuta nõ hꝫ ꝓprieta
tem: ergo ſine cõſenſu proprietarij non põt imponere ſeruitutem: vt. ff. ſi.
l. vnus. ⁊. ff. de aqua plu. arcẽ. l. in cõcedendo. pro hoc, qꝛ maritus in re do
tali non poteſt concedere ſeruitutem: qꝛ nõ habet liberũ dominiũ. vt. ff.
de fun. do. l. iul. cum. l. ſeq. ergo nec iſte. Sol. dic ꝙ põt, ſed durabit ſeruf
g tus tantũ durãte emphyteuſi[g]: poſtea nõ. ar. ff. queãd. ſer. amit. l. is cui.
§. fi. ⁊. ff. de pigno. l. lex vectigali. Et ita habeo in vaſallo qui cõſtituit ſer
uitutem in feudo. nã valet cõſtitutio. ſed ſi feudũ ſit aptũ domino. l. ple
no iure ſit reuerſuȝ ad dñm, extinguitur ſeruitus: vt in. x. coll. de inueſti.
de re alie. c. vno. circa mediũ. Non ob. ꝙ emphyteuta non poteſt aliena
re: qꝛ verum eſt: ſed non in omni ſpecie alienationis: vt. ff. de leg. j. l. ſi do
mus. §. ſi. ⁊ no. in. d. l. vlt. de iure emphy. ¶ Conclude ergo vt dixi ꝙ ſer
uitus valet tandiu quãdiu durat ius imponentis: poſtea reſoluitur ipſo
iure. ar. ff. de leg. ij. l. pero. §. predium. ⁊. ff. de iur. fiſ. l. ſtatius florus. §. cor
4 nelio. vbi eſt no. caſus ſꝫm Guil. ¶ † Quero hic, vtrum[h] habẽtes predia
h tributaria in cluſio peruſino, poſſunt ea alienare ꝓ libito voluntatis ſi-
ne requiſitione dñi. Rñ. ſic: vt hic, ⁊ hac. l. ver. quare. ¶ No. tamẽ ꝙ pre
dia cluſij peruſini non ſunt tributaria niſi ex conſuetudine: quia predia
Italica nõ debẽt tributum: vt plene legi. ⁊ no. j. ſine cen. vel reli. l. omnes
⁊ iõ ſequi ſunt in cluſio peruſino, qui non conſueuerũt ſoluere tributum,
vt eccleſie: ad preſtationem tributi compelli non poſſunt: quia conſuetu
do ſpecialis, maxime fauore eccleſiaruȝ, derogat generali: ⁊ quia conſue-
tudo que inducit tributum, eſt certo modo limitata. vñ vlterius non dꝫ
extẽdi: vt. j. e. l. nõ modus. ⁊. ff. de iti. actuqꝫ ꝑuũa. l. j. §. nihil. qđ ẽ notan.

1 ☞ Aqua non põt duci ex fundo alieno domino nolente.
2 Aqua eadem, an poſſit concedi pluribus. 3.

℄ Lex quarta.

AQuam. Ex fundo alieno non poteſt duci aqua, niſi dño volẽte. ℄ † No. ꝙ aqua que in meo ori
1 tur, mea eſt cõco. ff. de aqua plu. ar. l. in cõcedendo. ſꝫ quid ſi
nõ oritur in meo, nũquid poſtquã ingreſſa eſt in meũ, poſſum
facere quicquid velim, ⁊ aliũ ꝯcedere, vl negare? Rñ. ſic: vt. ff. ð aqua quo
ti. l. i. §. illð. ⁊ idẽ ſi ex flumie publico duco aquã ꝓ pdiũ meũ ad meũ molẽ
dinũ, poſſũ illã aquam quã volo deducere ſeu diuertere, nec teneor ð meo
ſatisfacere vicino hñti inferi⁹ molẽdinũ: niſi ei deberẽ ſeruitutẽ vt. ð. §.
2 illud. ℄ † Sed q̃ro hic. vtrũ eadem aqua poſſit concedi pluribus. Rñ. ſi
omnib⁹ ſufficit, põt cõcedi: ſꝫ ſi nõ ſufficit omnib⁹ melior eſt ꝯdõ. ei⁹ cui
primitus eſt ꝯſtituta ſeruit⁹, ſeu ꝯceſſum ius aque: niſi iſte prior ꝯſenſe
rit in ꝯceſſione poſteriori: vt. ff. de aqua plu. arcẽ. l. in ꝯcedẽdo. ⁊ de aqua
quoti. ⁊ eſti. l. lucio. ⁊ per hoc fuit determinata. q̃ſtio: qr cõe Bonoñ. cõ
ceſſerat fratrib⁹ minorib⁹ aquã ſapiẽtie minoris, poſtea ꝯceſſit ꝓdica
torib⁹, minores dicebãt poſteriore cõceſſionẽ nõ valere. fuit determina
tum ꝙ valebat: qr aqua ſufficiebat vtriſq; ſm Ja. bu. ⁊ idẽ refert Bar.
3 ℄ † Et ꝯclude in hac materia ꝙ ſi qs vult ꝯducere aquã in fundo tuo
te inuito, non poteſt: niſi habeat ſeruitutem. ſi aũt te concedente: poteſt.
Si autem ipſe vult cõcedere alteri, aut añq̃ aqua ingrediatur ſuũ pre
diũ: nõ poteſt: qr eſſet ſeruit⁹ ſeruitutis. ff. de ſerui. ruſti. ꝓdi. l. ex meo.
Aut poſtq̃ aqua eſt ingreſſa ſuum predium, ⁊ poteſt, qr hꝫ illi⁹ aque ꝓ
prietatẽ, ⁊ iã eã ducit iure dñij: vnde amodo nõ eſt ſeruitus ſeruitutis.
ſed eſt ſeruitus ꝓprietatis, ſm Ja. bu. in lec. ⁊ ita cõcluſiue tenet. Bal.

℄ Lex quinta.

SI quid pars. In cõfeſſoria venit, vt res in priſtinũ ſtatũ reducat, ⁊ damna ſar
1 ciantur. h. d. ℄ † No. hic ꝙ in ꝯfeſſoria veniunt dãna, ⁊ adde
hic quod no. in. l. ij. circa finẽ magne gl. ſ. e. ti. ℄ Sꝫ quero
vtrum iſta damna veniãt iure actionis, an officio iudicis. dicit Pe. qð
veniũt officio iudi. mercenario. iure eñ actionis cõfeſſorie nõ venit niſi
declaratio ſeruitutis. dãna vero que in dando, ⁊ in perſonali preſtatiõe
conſiſtũt, iure reali nõ veniũt, ⁊ ideo dꝫ quis eſſe cautus, vt in formatio
ne libelli, ſuper dãnis cõcludat, officiũ iudicis mercenariũ implorando
ſm Pe. facit quod no. ff. de dã. infec. l. ſi quis miſſuꝫ. §. iudex. ſꝫ tex. in. l.
loci corpus. §. in ꝯfeſſoria. ff. ſi ſer. vẽ. dicat ꝙ in ꝯfeſſoria actiõe veniũt
fructus ſeruitus, ⁊ intereſſe. tñ eſt intelligendũ vt veniant officio iudi
2 cis mercenario, non iure actiõis ꝯfeſſorie: qð verũ credo. ℄ † Et no. qð
gl. dicit in illo. §. ꝙ intereſſe ꝓ fructu ꝯputatur: vñ ſi in libello ſit mẽtio in
a tereſſe, vt etiã fieri mẽtio[a] fructuũ. qð eſt no. Itẽ Jac. bu. no. in hac. l. ꝙ
quis dꝫ ſeruare terminos ſeruitutis nõ excedere. Sed, ſalua ſua reue
rentia, iſta. l. dicit econtra. ſ. ꝙ quis dꝫ ſeruati terminos libertatis. ⁊ nõ
officere iuri ſeruitutis: dictum vero ſuum ꝓbatur per. l. nõ modus. ĩ. eo.

℄ Lex ſexta.

PReſes. Hoc dicit. Ordinata charitas incipit a ſeipſo. ad hoc alleg. Ja. bu. Itẽ ad illũ verſum:
alpibus ille perit, q ſe plus diligit vllũ. iſta. l. facit ad plures
q. qr ille qui nõ hꝫ niſi q̃tũ ſufficit ſibi ad alimenta, nõ tenet
1 alium alere. ar. huius. l. ſiue pater ſiue filius. ſiue quicũq;. ℄ † Item eſt
ar. ꝙ ſi mulier videt quod maritus laborat inopia, poſſit repetere inte
grã dotẽ, nõ obſtante beneficio mariti ne conueniatur niſi in quantum
b facere poteſt:[b] qꝛ cũ ius dotis originaliter ſit mulieris, ex ordinata cha
ritate, videtur ſibi potius quã marito prouidendum. Itẽ facit ad no.
iſtius legis. gallus. §. quidam recte. de libe. ⁊ põſth.

1 ☞ Conſuetudo antiqua eſt ſeruanda in aqueductu.
2. Molendinum an aquis poſſit edificare ſupra molendinũ meum ſi mihi
nocet nu. 3.
4 Molendina ⁊ cluſas quando quis poſſit facere in flumine.

℄ Lex ſeptima.

SI manifeſte. In aqueductu ſeruanda eſt antiqua cõſuetudo. h. d. Bar. etiã in
1 predio fiſcali: vel in molẽdinis fiſci. ℄ † No. quod dixi in ſum
mario. vnde ſi ad predium exiſtens, vel ad fontẽ exiſtentẽ in
predio fiſci. conſueuerunt ire vicini pro fundis eorum rigandis: iſta an
tiqua eorũ cõſuetudo ſeruetur idẽ ſi conſueuerunt ire ad nemus publi
2 cum pro lignis, ꝙ iſta conſuetudo eſt perpetuo ſeruãda. ℄ † Querit hic
gl. habeo molendinum in flumine, ⁊ habui lõgo tempore, modo quidã
vult ſupra meum molendinum edificare nouum molendinum, ex qua
edificatione molẽdinum meũ deterioratur: qr forte aqua minuitur. vel
nõ ita labit, mõ eſt in q̃one nũquid hoc poſſit fieri? ⁊ vr̃ qð nõ: qr ex quo
inferior eſt cõſuetus habere cũ libero curſu aque molẽdinũ: ergo mihi
eſt mutandũ contra veterẽ conſuetudinẽ: vt hic. Preterea aqua flumi
nis cõis eſt: ⁊ in re cõi melior eſt cõditio ꝓhibentis: vt. ff. cõi diui. l. ſabi
nus ⁊ hoc modo arguit gl. ad iſtã. q. l. ſi quis ex argentarijs. ſ. ſi initiũ
tabularũ. ff. de eden. Poteſt etiam formari ar. nam ſi aqua cõis eſt, non
debes plus tua parte dominationẽ interponere, ⁊ nimis tibi de aqua
vſurpare. ar. ff. ð acq. her. l. duo fratres. ⁊. ff. de aqua plu. arcẽ. l. in ꝯcedẽ
do. Cõtrariũ determinat gl. nã ex quo ſuperior nõ
edificat i publico, ſꝫ in ꝓprio. vel ſi edificat in pu
blico, edificat in caſu ꝯceſſo: vt. ff. de flumi. l. quo
minus. hoc licite facere poteſt: qr hoc facit, vt ſi
bi proficiat, non vt alteri officiat, licet per quan
dam conſequentiam alteri noceat: tamẽ hoc nõ
conſideratur: ſed conſideratur principale propo
ſitum, qð eſt a iure permiſſum: vt. ff. de aqua plu.
arcen. l. ſi in meo fundo. ⁊. ff. de da. infec. l. flumi
num. §. ſi. ⁊. l. proculus. eadem ratione ſi tu edifi
caſti prius ſuperius molendinuꝫ: ego poſſum po
ſtea edificare inferius in loco permiſſo, licet re
ſtagnatio aque forte propter altitudinem cluſe
mee impediat molendinum tuum molere: quia
non hoc facio vt noceat tibi: ſed vt proſit mihi.
Si autẽ ego mihi non prodeſſem per tantam al
titudinẽ cluſe, ⁊ tibi obeſſet, debet reduci ad cõ
gruum modum arbitrio eorum qui habent hu
ius rei peritiam, vt in aut. de non alienan. §. qð
autem. ⁊. ĩ. de ſecũ. nup. l. hac edictali. §. mobiliũ.
cum ſi. nam ſi quis eo qð eſt publicum ſic aſſidue
vtatur, vt aſſumat vſum aliorum: poteſt cogi vt
vtatur pro rata, ſicut alias vtili iudicio commu
ni diuidundo diuidatur commodum inter plu
res habentes aquam. que ſit omnino non ſerui
tus, ſed aque menſura. vel temporum: vt. ff. com
muni diui. l. arbor. in ſi. ⁊ de ſerui. vrb. predi. l. im
peratores. facit qð no. Mar. ſyl. ⁊ Cy. ff. de rerũ
diui. l. nemo. ⁊. l. riparum, eo. ti. ⁊. §. riparuꝫ. inſt.
eo. ti. iudex ergo ex facti qualitate perpẽdet vtrũ
principaliter animo proficiendi fiat, vel officien
di. ar. ff. de rei ven. l. in fundo. Aut ergo damnuꝫ
tuum eſt cauſa mee commoditatis: vt qr deſtru
cto tuo molendino habent molentes neceſſario
venire ad meum: ⁊ tunc videtur fieri cauſa nocẽ
cendi: quia ſicut ſe habet in ordine rei: ita videt
ſe habere in ordine intellectus. ℄ Aut econtra
proficuum meum eſt antecedens: ſed damnum
tuum eſt conſequens: vt qr aliter molere nõ poſ
ſum, quin aqua reſtagnaretur: tunc videor face
re ex ordinata charitate, per quam mihi ipſi pri
mo teneor: ⁊ ideo eſt mihi licituꝫ. ℄ † Sup iſta
materia. Guil. de cu. diſtinxit: aut vterq; habet
poteſtatem faciendi: aut neuter: aut alter, ſed nõ
fuit proſequutus mẽbra: quia credo ꝙ ſcholares
impediuerunt eũ, ⁊ vos ſemper me impeditis fa
cere bonum: ſꝫ ego facio pro alijs. Si vterq; ha
bet poteſtatem faciẽdi vt iure proprio: qr vterq;
edificat in ꝓprio, tunc tene gl. huius. l. Si autẽ
iure publico: qr hoc eſt permiſſum a lege, conſue
tudine, vel ſtatuto: ⁊ dic idẽ. Si aũt vnus iſtorũ
edificat ex priuilegio: tũc priuilegiũ eſt reſtringẽ
dũ: ita ꝙ non noceat iuri alteri⁹: vt. l. ij. ſ. ſi qs a
pricipe. ne qd in loco publico. ⁊ extra de autho.
⁊ vſu pa. c. ex tuarum. Si autẽ neuter iure edifi
cat, tũc prim⁹ non poteſt agere cõtra ſecundum:
vt. l. j. §. idẽ ait. ff. ne quid in loco publi. qr non pre
tendit probabile intereſſe. Si vero alter tantum
iure edificat, ille in iure ſuo defendi debet: vt. ff.
de diuer. ⁊ temp. preſcrip. l. ſi quiſquam. ⁊ ita eſt
ſententia Cy. hic. ⁊ ita dicit eſſe tenendum ꝓ ve
4 ritate. ⁊ adde qð dixi. ſ. eo. l. aquam. ℄ † Quan
do autem quis poſſit in flumine licite facere clu
c ſas, vel molendina:[c] vel in ripa fluminum, dicit
text. ff. de flumi. l. quominus. quando autem flu
men eſt nauigabile, vel ex eo fit aliud nauigabi
le, ⁊ officeretur nauigationi: tunc non poteſt edi
ficari niſi de licentia principis. Aut ſunt alia flu
mina non nauigabilia, ita ꝙ per edificationẽ pu
blico iuri non officitur: ⁊ tunc videtur permiſſuꝫ
edificari ſecundum quoſdam. ſed Jac. but. dicit
hic ꝙ tunc cum ſaltem alueus ſit publicus, non
poſſum edificare ſine conſenſu principis. ⁊ ſi mi
hi concedat videtur concedere ſine leſione alte
rius, niſi expreſſe dicat ꝙ poſſum alium ledere:
vt. ð. §. merito. ⁊. ĩ. de emanci. lib. l. nec auus. ſecũ
dum Jac. bu. Tu dic latius vt no. Bart. in. d. l.
quominus. in rep. ⁊ per Ja. de are. ff. de dã. infe.
l. fluminum. vbi eleganter diſtinguẽdo declarat
hunc paſſum.

a ℄ Et adde qð appella. intereſſe veniũt ita fructus, vt qui petit rem ⁊ intereſſe, fruct⁹ quoq; petijſſe videat. ð quo plene ſcripſi. ĩ. in rub. de ſen. que ꝓ eo quod intereſt. ⁊ ibidem quid appellatione intereſſe cõtineatur.

b ℄ Facere poteſt. Vide per Jac de bel. i diſput aquã ponit in. l. vnã. ĩ. de rei vxo. ac. ⁊ Bar. in. l. maritũ ff. ſol. ma.

c ☞ Molẽdina. Vide quod notaui in apoſtil. ad Gui. de de cug. hic nu. 1. in ver. An poſſis eũ prohibere. iſtuꝫ in rub. ff. de rer. diui. ⁊ in. l. ſi plure. col. ſ. ĩ. de condi. inſer. ⁊ Alexã. in. l. quo minus. ff. de flumi. ⁊ conſi. clxvij. col. ſi. vo. ij. Cel.

¶ Lex octaua.

a ALius. Contra ſeruitutez[a] do‑minum nõ eleuo, ſed pre‑ter ſeruitutem poſſum vſqꝫ ad celũ. h. d. Iac. bu. ¶ No. hic ꝙ omnis dom[9] preſumitur libera a fundamentis vſqꝫ ad celum niſi probetur ſeruitus conſtituta, vel preſcripta. Secundo no. ꝙ in pariete alterius qs nõ põt fa facere feneſtrã. ꝛ ꝑ cõſequẽs nec immittere tigna, ſed in proprio pariete bene poſſuz facere feneſtrã. Pone ergo ꝙ habeo parietem iuxta ortum cu‑iuſdaz puelle, vel religioſorũ, volo facere ibi feneſtram, vt poſſim reſpicere illã puellã vel religio‑
b ſos. dicit Pe. ꝙ aut facio ad meã vtilitatem[b], ꝛ poſſuz: aut ad emulationẽ, ꝛ inhoneſtã ꝯſideratio‑nẽ: ꝛ nõ poſſuz, ſm Pe. ex predictis etiã apparet quõ poſſum tibi conſtituere ſeruitutem vt faciaz feneſtrã, per quã te proſpiciã dũ ſtas in horto contiguo parieti, imo eſt hic caſus ſm vnã lecturaz in ver. in pariete vero. ꝛ vidi hoc de facto in domibus que nunc ſunt dñi comitis Nolañ. Bald.

¶ Lex nona.

SI in edibus. ¶ No. hic ꝛ in l. pre‑cedenti, ꝙ fundata eſt intentio de iure cõi eius qui dicit ſeruitutẽ nõ deberi, ſiue ſit actor, ſiue reus. vñ aduerſario incũbit ꝓbare ſeruitutẽ deberi: vt. i. l. ſicuti. §. ſed ſi queraẜ ſi ſeruit[9] vẽdicet. Bar. concordat. j. l. proxi. Bal.

¶ Lex decima.

SI tibi. Qui hꝫ ſeruitutem conſtitutã, ꝛ tpe non perdi‑tam, poteſt ea vtialias non. Iac. bu. ¶ Quero. quid ſi non apparet de initio ſeruitutis cõſtitute: vtrũ preſumaẜ cõſtituta tanto tpe qḋ ſit preſcriptũ: qꝛ non apparet de viu ſeruitutis. Rñdeo: non preſumitur preſcriptum niſi probetur, ꝛ hoc vult dicere gl. hic quod not. vbi ergo non apparet de tempore actus, nunq̃ preſumitur preſcriptum. quod no.

1 ☞ Mittens animalia per fundũ vicini: ſi non poteſt tranſire per viam an teneatur.
2 Plauſtra duo ſi obuiant inuicem, quod retrocedere debeat.

¶ Lex vndecima.

PEr agrũ. Iniuſto dño non põt qs ire ꝑ agrũ eius. h. d. Hoc eſt verũ: niſi via publica ſit deſtructa: qꝛ tũc põt redigi ager in viã publicã, ꝓpter publicã vtilitatẽ: vt. ff. quẽ‑ad. ſeruit. amit. l. ſi loc[9]. §. ſi.
1 ¶ † Et ꝑ hoc dico ꝙ
c ſi per viã nõ põt trãſiri, ꝛ aliquis mittit[c] oues ſuas, vel animalia ꝑ fundũ vicini, ꝙ nõ teneẜ ſoluere bãnũ ſtatuti, itellige dũmõ ciuiliter immittat ita ꝙ a dãno quãtũ poſſit, cuſtodiat: vt. ff. de ſer. l. ſi cui.
2 ¶ † Querit hic Cyn. ſi duo plauſtra ſibi obuiãt, ita ꝙ nõ põt vtrũqꝫ trãſire: qḋ teneaẜ retrocedere. dicũt quidã ꝙ eſt potior conditio occupãtis, alias gratificationi eſt locus, vel ſorte diri‑miẜ: niſi ex pte vnius interfuit culpa: qꝛ ille dꝫ retrocedere, ꝛ alteri deferre: vt no. ff. ne qd in loco publico. l. j. §. ij. ſꝫ Pe. ꝛ Cy. ꝑ hoc dico qḋ qñ ſocietates artiũ vadũt ad altare ſctẽ Marie ad ſanctũ Sirũ de Papia, ꝙ niſi ſit ali[9] dat[9] ordo, ꝙ lõge melior eſt ꝯdõ occupãtis, ꝛ hoc intellige niſi rõne dignitatis teneaẜ alij cedere, qḋ eſt notabile, ꝛ ſemꝑ mẽti tenẽdũ. ¶ Et adde iuxta hãc notabilẽ. l. qḋ no. ꝑ canõiſtas. xxiij. q. ij. c. notãd.

1 ☞ Seruitus an dꝫ augmentari multiplicatis predijs.
2 Canonicorum augmentato numero, an debeat augeri pecunia anniuerſarij.
3 Quid de ponte promiſſo ꝛc.

¶ Lex duodecima.

NOn modus. Multiplicatio prediorũ nõ multiplicat ſeruitutẽ conceſſam certis põys, facit in rõne ſui. ff. de aq. ꝛ ꝛe. co. l. in agris limitatis. ꝛ l. lac[9] ꝛ ſtagna. Caius. Conceſſiſti ſeruitutẽ aque mihi ad irriganda quedam predia mea. Poſtea iuxta iſta emi quedam alia predia: ꝛ amoui terminos diſtinctiuos, ita qḋ omnia ſunt in vnum agrũ redacta: vt. ff. de leg. ij. l. cũ fundus. queritur vtrũ debeẜ ſeruitus aque toti latitudini prediorum: an dũtaxat latitudini primi. Rñd. ꝙ multiplicatio vel augmentatio predij dñantis nõ attenditur, ſed forma priſtina conſtitute ſeruitutis, a qua non eſt recedendũ, nec excedendũ vltra proprios terminos ſeu limites. h. d. Et no. a forma contractus non recedendũ. Itẽ no. qꝛ ea que ſunt limitata, non debent extendi. h. d. cõcor. ff. de contrahen. emp. l. in lege. ꝛ l. rutilia polla. Et hꝫ locũ iſta lex in ſeruitute conceſſa, ꝛ in ſeruitute preſcripta: qꝛ preſcriptio ſicut poſſeſſio ꝓprios limites ꝛ ter‑
1 minos non excedit: vt. ff. de itine. actuqꝫ priua. l. j. §. iul. ¶ † Opp. ꝛ videtur ꝙ augmentato predio dñante, ꝛ ipſa ſeruitus augeatur. naꝫ ſi conceſſiſti ſeruitutẽ luminũ ne officeretur luminib[9] domus mee tempore quo non erat tibi niſi vna feneſtra, per quã reſpiciebã lumẽ, ꝛ poſtea amplio domũ, ꝛ facio multas feneſtras: tu non potes officere luminibus nouis ſicut nec veteribus: vt. ff. de ſerui. vrb. pred. l. ſi ſeruitus. So. dicit. Ia. de rauen. qḋ ibi non erat ampliatio, ſed ſubrogatio: qꝛ loco veteris feneſtre fuit facta noua feneſtra, que repreſentatur eadem cũ prima. ff. de condi. ꝛ demon. l. filie. §. ſi. ſed iſta eſt diuinatio, ꝛ cõtra rõnem legis cõtrarie: qꝛ lex cõtraria fundat ſe in virtute indefinite, que equipollet vniuerſali, nõ autem fundat ſe in rõne ſubrogationis, ꝛ iõ notabiliter dicit hic Pe. diſtinguendo inter vniuerſalẽ cõceſſionem, que refertur ad omnia. arg. de fun. inſtr. l. lucius. ꝛ inter particularẽ ꝛ taxatã cõceſſionẽ, que non referẜ niſi ad expreſſa ꝛ ad ſpecificata: vt hic, ꝛ in diffinitiua, vbi diſtinguit: q aut in preſenti nõ potuit taxari: aut potuit, ꝛ nõ eſt taxatũ. primo caſu videẜ intelligi de futuris: vt. ff. de dã. infe. l. dãni. el grãde. §. ſi is. ſcḋo caſu videẜ intelligi ꝙ ex quo nõ taxauit, ꝛ potuit taxari, indefinita habet
2 pro vniuerſali. l. ſi ſeruit[9]. ff. de ſer. vr. predi. ſm Pe. ¶ † Ex hoc facit ad queſtionẽ. quidã ruſticus promiſit quolibet anno, vel reliquit cuilibet canonico ſancti Laurẽtij. x. ꝓ anniuerſario. poſtea augmentat[9] eſt numer[9] canonicorũ: nũqd additis vltra numerũ aliqd debeaẜ: determinat ꝙ nõ qꝛ nõ erat in ptãte relinquẽtis vel ꝓmittẽtis taxare numeruz canonicorum. ſm Pe. ſꝫ certe iꝫ nõ eſſet in eius ptãte taxare numerũ recipiẽdo‑rum, quia ibi reciperent in canonicos tñ erat in ſua ptãte preſtationis numerum taxare: qꝛ põt dicere nolo qḋ preſteẜ niſi. x. canonicis, vñ rõ ſua non vr̃ bona. ꝛ iõ tu dic circa. d. l. ſi ſeruitus. ꝙ ibi erat ampliatio circa eãdez rem, cui debeẜ ſeruitus, ſꝫ lex noſtra loquitur in ampliatione extrinſeca ex alia re: ꝛ ſic non ob. ampliatio extrinſeca. ¶ Item ampliatio qualitatis, ꝛ nõ ſubſtãtie bene habet ampliare: ſꝫ ampliatio extrinſeca nõ hꝫ ampliationẽ inducere: ꝛ ſic nõ ob. ꝛ hec faciũt ad qõnẽ. diſputatã per Frãc.
3 Accur. ¶ † Quidã nobilis[d] ꝓmiſit cuidã cõitati reficere põtẽ: tũc pons
d erat paruus. poſtea creuit aqua, ita ꝙ opꝫ ꝙ pons ſit maior ſolito, ꝛ opꝫ creſcere pontẽ, mõ queriẜ qualiter iſte nobilis teneaẜ ex predictis apparet ſolutio: qꝛ aut eſt augmentatũ onus refectionis intrinſece circa eandem latitudinẽ pontis: vt qꝛ aqua perfodiẽs hoc facit, qḋ eſt neceſſaria maior impenſa ſolito: tunc pertinet ad nobilẽ. ſꝫ ſi eſt augmentatio intenſiua in maiori pontis latitudine: tũc eatenus non pertinet ad nobilẽ: qꝛ tps contractus inſpiciẜ, vt hic, ꝛ. d. l. in lege. ꝛ. l. rutilia. ꝛ. d. l. dãni. §. ſi is. facit. ff. de aqua quot. l. hoc iure. §. ſi aqua. ꝛ. l. j. §. pe. ff. de riuis. ꝛ. ff. de v. obl. l. qꝛ qḋ aſtrigẽde. i rõne ſui. ꝑ quas. ll. Frã. Acc. determinat ꝓmiſſorẽ nõ teneri. Et adde qḋ no. per Pe. ꝛ Cy. j. que res pig. obl. nõ poſ. l. ſi. ꝛc.

¶ Lex decimatertia.

SIcut. Hoc dicit. vſuſfructus non vtendo amittiẜ lõgo tpe, ſicut alie ſeruitutes. In tex. ibi tãtummodo.
1 ¶ † No. ꝙ in re mobili non cadit ſeruit[9], ꝛ ſuper hoc fontẽ fundata rõ cõſuetudinis bonoñ. ꝙ dñs loci põt auferre mobilia, ſꝫ nõ immobilia: qꝛ immobilia ſunt ſerua, ſꝫ mobilia ſunt libera: illa cõſuetudo eſt diabolica. ¶ No. in hac. l. ꝙ in ſeruitutibus perſonalibus licet habeant cauſam diſcontinuam: tamen ſufficit longum temp[9]. ꝛ vide hic qḋ no. per Dy. in. l. fluminum. §. deniqꝫ. de dam. infec.

1 ☞ Actus vnus factus vna die, an interrumpat preſcriptionem.
2 Seruitus diſcontinua, licet non queratur. xxx. annis: perditur tamen tãto temporis ſpacio.

¶ Lex decimaquarta.

CUm talis. Seruitus predialis que hꝫ vſuz diſcõtinuũ, ꝑditur negligẽtia tpis duplicati. h. d. vſqꝫ ad. §. cũ auẗ. In tex. liceret. ergo ſi nõ eſt cõceſſa ſeruit[9]: nõ poſſuz ire ad ſyluã meã ꝑ agrũ tuũ: ſꝫ nõ habeã aditũ aliũde, nã ſi fuit cõceſſa. ꝛ eſt ſublata preſcriptiõe, idez eſt ꝙ non poſſum: vt hic. adde hic qḋ no. ff. de vſuf. l. ſꝫ ꝛ ſi quid. la. j. §. ꝓprietatis dñs. in gl. que incipit. l. vſu‑
1 fructu. quã tene mẽti. ¶ † In tex. vno die. no. tex. ꝑ gl. que eſt in. l. nemo §. temporales. de reg. iur. ꝙ vnus actus vna die factus interrumpit preſcriptionez formandam: quia formata perfecta non recipit interruptionem. ¶ In tex. ibi. xx. ãn. No. tempus vniforme inter preſentes ꝛ abſen‑
2 tes. ¶ † Itẽ no. ꝙ licet ſeruitus diſcontinua non queratur preſcri.[e] xxx.
e an, tamen perditur eo ſpacio. ꝛ ſic non eſt idem tempus acquiſitionis ꝛ interitus, nec eſt eadem diſciplina cõtrariorum. Gl. opponit de. l. ſi ſic. illa debet intelligi de duplicitate decennij: qꝛ cũ vicenniũ ſit tẽpus duplicatum: nõ debet vlterius duplicari, ne fiat duplicatio duplicationis. quod facit ad ſtatuta de tempore confiniorum duplicãdo in maleficijs.

Cum

a ¶ Contra ſeruitutem. Vide Bal. in c. j. §. ſi autẽ. de controuerſia inueſtit. And. Bar.

b ¶ Meam vtilitatem. Adde Angel. ꝛ Pau. de ca. in. l. cũ e. ff. de ſer. vrb. ꝓdi. ꝛ qḋ not. moder. in l. ſi in meo. ff. de aqua plu. arcen.

c ¶ Et aliquis mittit oues. Not. qḋ ſi quis nõ poteſt ducere oues per viaz publicaz: põt illas ducere per locũ vicini, dummõ ciuiliter illas ducat, vide q̃ notaui in. d. l. ſi cui. ff. de ſerui. ti. gñali. And. Bar.

d ¶ Nobilis. Facit in ſimili quod not. Bar. in. l. iij. inſi. j. de priuile. fiſci.

e ¶ Quanto autem tpe queratur, vide per Bart. in. l. foramẽ. ꝛ ibidem doc. ff. de ſerui. vrb. predio. et Bal. ipſum j. in. l. ſicut. ij. co. in gl. iij. de preſcrip. xxx. annor. ꝛ. l. j. de ann. exce. Que autem ſeruitutes dicantur habere cauſam continuaz, aut diſcontinuam, vide in. d. l. foramen. ꝛ. l. ij. §. hoc tit.

§. Cũ autẽ. ¶ Si area nõ põt hr̃e ventũ niſi ex vna pte,ꝛ nõ pōt alibi fieri ꝑ d ñm ꝓ dñ. ipſo iure predio vicini
ſeruitus eſt impoſita per legẽ,ne edificãdo vẽtũ impediat.h.d. ¶ † Not.
1 ꝙ frumentũ nõ preſtat ſuã vtilitatẽ,niſi ex ſpicis ſeparetur. ¶ No.ventum neceſſariũ ad triturationem frumenti auferri non poſſe.ꝛ tenet hic lec.Hug.ꝙ ſpeciale eſt hic.non autẽ teneas lect.Joã.ꝛ Azo.ꝙ ſeruitus eſſet conſtituta:qꝛ tunc non fieret hic mentio de ſitu loci:ꝛ fruſtra loqueretur hic de moderamine idonei venti,ſi ſeruitus non eſſet conſtituta.

¶ Ad legem aquiliam. Rubrica.

¶ Lex prima.

Damnum. Dãnũ datũ in ſyluã per ignis immiſſionẽ,vel inciſionẽ,dꝫ reſarciri,
ꝓpoſita act.legis aquilie.h.d. ¶ † Opponitur,dicitur
1 hic ꝙ in aqlia venit dãnũ datũ per iniuriã.ergo dꝫ requiri dolus,ſed ꝯ: qꝛ in.l.aqlia venit leuiſſima culpa:vt.ff.eo.l.in lege.Solue exponẽdo vocabulũ:qꝛ iniuria exponit ꝓ omni eo qd non iure fit.Et adde qd not.ff.de vſufr.l.ſi cuius.§.de
2 preteritis. ¶ † Scdo opp.ꝛ vr̃ ꝙ ille q excidit ſyluã,nõ teneat actiõe.l.aquil.ſed actiõe arborũ furtim ceſarũ:vt.ff.e.l.ſi ſeruus ſeruiñ.§.ſi oliuã.ꝛ in.l.j.ff.arb.fur.ceſa.Sol.hec ſylua non erat matura,nec cedua,ita qd incidendo eſt facta deterior.tñ quia ligna ſunt furtim exportata,datur illa actio.ꝛ ſic non ob. ¶ Ex hoc habes qualiter ſit formandus libellus contra incidentẽ ſyluã:qꝛ ſic debet formari,ꝙ appareat ꝙ ſic incidendo
3 dederit dãnum. ¶ † Tertio oppo.ꝛ videtur ꝙ incidendo ꝛ rumpendo quis non teneatur.vt.ff.eo.l.ſi quis fumo.§.fin.ꝛ.l.qui occidit.§.pe.So.ibi non fuit aliqua culpa.ꝛ adde qd no.ĩ.l.proxi.

¶ Lex ſecunda.

Legis aquilie. Hoc dicit dannum datũ in demolitione,vel concrematiõe domus,vel in deſtructione aq̃ductus,venit actione legis aquilie,h.d. ¶ No.ꝙ dixi in ſummario. Opp.de .l.ſi quis fumo.§.j.ff.eod.vbi licitũ eſt demoliri domum alterius.Sol. ibi ſpeciale propter iuſtum metum cã arcẽdi incẽdiũ:nã vt ait Seneca:Ignis qui valentem materiã occupauit,aqua ꝛ interdum ruina extinguẽdꝰ eſt. ¶ Scdo opp.qd ille qui deſtruit aq̃ductũ,teneat interdicto qd vi aut clã.ff.qd vi aut clã.l.j.in princ.Sol.illud interdictũ cõpetit,ꝛ etiã vtilis actio legis
1 aquilie.ꝛ ſic non ob. ¶ † Tertio vide in.l.iſta duplicẽ formã libelli.vnã in qua concludit ad reſtõnẽ dãni:ibi dñ dicit,vt id dãnũ ſarciat.ꝛc. Aliã in qua cõcludit reductionẽ in priſtinũ ſtatũ,ibi dñ dicit,vt in priorẽ ſta-
a tũ ꝛc.ꝛ vtraq; concluſio eſt bona.[a] nã ſi eſt tale qd quid nõ pot reduci in priſtinũ ſtatũ,pciſe venit intereſſe. Si aũt põt reduci,vt aq̃ductus a ſuo curſu ſemotus,ſatis eſt ꝙ in priſtinũ ſtatum reducat.ꝛ intereſſe interim
2 emergens refundat.ꝛ ſic intelligo hunc tex. ¶ † Ultimo no.hic ꝙ aqua in qua priuatus habet ius,non poteſt diuerti a ſolito curſu.Bal.

1 ☞ Occidens ancillam,tenetur ciuiliter actione legis aquilie,ꝛ criminaliter lege cornelia de ſicariis,ꝛ an iſta iudicia concurrant,vide.2.3.
4 Abſolutoria in ciuili,an pariat exceptionem,ne quis poſtea conueniatur criminaliter.

¶ Lex tertia.

1 Ex morte. ¶ † Occidens ancillã alienã,tenet ciuiliter actione legis aqlie:ꝛ criminaliter lege cornelia de ſicariis,ꝛ vna ꝑ alterã nõ tollit.ad hoc allegatur.vel ſic.Si ex eodẽ fctõ orit ciuilis ꝛ criminalis,vna nõ impedit ꝑ exequutionẽ alteriꝰ.h.d. ¶ Opponit,ꝛ vr̃ ꝙ iſta iudicia nõ cõcurrant.vt.l.ij.§.j.ff.vi bo.rapto.ꝛ.j.qñ ciuilis actio.l.j.Sol.interim dũ vnũ vẽtilat,in aliis ſupſẽdet:vt in legibꝰ ꝯtrꝭs.ſed lata ſnia ſuper altero,
2 põt reliquũ intentari.ꝛ ita loquit hic. ¶ † Scdo op.de.l.ptor edixit.§.ſi dicat.ff.de iniuriis.vbi dicit ꝙ alterius intentatio ꝛ exequutio alterũ excludit.Solu.ibi vtrũq; iudicium erat ad vindictã hic alterum tantum.
3 ¶ † Tertio oppo.ꝛ vr̃ ꝙ homicida ancille non tenetur criminaliter niſi dolo interueniente q̃q̃ ciuiliter etiã de culpa teneat:vt.ff.ad.l.corneliã de ſica.l.in lege.Sol.dicit gloſ.concedo hoc:quia latius patet iudicium ciuile q̃ criminale. ¶ Tu dic ꝙ glo.dicit verum quantũ ad preciſam penam legis cornelie,que nõ imponit niſi ratione doli,ſed ratione culpe debet puniri extra ordinẽ.vt.ff.de penis.l.reſpiciendum.§.delinquũt.ꝛ qd dixi.ĩ.de epiſ.ꝛ cleri.l.ſi quis non dicam rapere.ꝛ facit.ff.vi bo.ra.l.ij.§.
b hec actio.Et ibi dixit Bart.ꝙ ſi quis occidit[b] non rite bannitũ,qui tamen ex prima inſpectione verborũ videbat rite bannitus:ꝛ ſic errauit in iure,quod punitur de culpa,nõ de dolo.ſi vero ſcriptura penitus eum ex-
4 cuſaret nullo modo puniret:vt.ff.de adult.l.pe.ꝛ ibi Bart. ¶ † Querit hic glo.nunquid abſolutoria lata in ciuili parit exceptionem rei iudicate,ſi quis poſtea criminaliter conueniat,ſiue accuſet de eodẽ delicto coram eodem iudice,vel alio.Pla.dicit ꝙ obſtat exceptio rei iudicate.gl.dicit ꝙ non obſt.ꝛ fundat ſe in quadam ratione,ſcilicet quia non operatur plus abſolutio q̃ ſolutio:vt.ff.de excep.rei iudica.l.ſi quis cũ totũ.§.plane.Sed ſoluẽdo penam ciuiliter nõ liberatur a criminali pena,vt hic.
ergo idem ſi abſoluatur per iudicem,lꝫ gl.multũ fundet ſe in iſta ratione.tñ iſta ratio non eſt ſufficiens.nã qñ quis abſoluit:non põt probare amodo eũ deliquiſſe:qꝛ iam declaratũ eſt per ſententiam qd ipſe nõ eſt culpabilis,que ſentẽtia dꝫ haberi pro veritate:vt.ff.de adult.l.denunciaſſe.§.querit.ſed qñ ipſe ſoluit magis delictũ ſuũ aperit:quia ſatiſfactio eſt quedã delicti ꝯfeſſio:vt.ff.de tabu.exhi.l.locum.§.ſi quis dolo.vnde aperit ipſemet viam probatiõi.Preterea tunc iudiciũ ſecundum non eſt cõtrariũ primo:ſed qñ eſt abſolutus,iudicium ſecũdum eſt contrarium primo abſolutorie.Preterea rõne contrarietatis non videtur poſſe moueri.Item hoc vide expreſſum:qꝛ
a ſi ciuiliter eſt pronũtiatum inſtrumentum eſſe verum,nõ põt poſtea criminaliter retractari,tanq̃ falſuꝫ:vt.ĩ.de ſi.inſtr.l.ſi.in ſi.Sꝫ tñ Azo ꝙ illud eſt verum q̃tum ad retractationẽ,ſed nõ quantũ ad criminalem punitionem,que poterit fieri non obſtãte abſolutoria lata in cã ciuili.docto.dicũt quod aut reus eſt abſolutus,quia non deliquit.ꝛ tũc amodo ſuper eo facto nõ poteſt criminaliter inquietari:qꝛ ipſum factũ videbat abolitũ:ergo omne ius qd ab eo naſcitur eſt ſublatum:vt.ff.de iureiur.l.duobus.§.colonus.ꝛ ibi not.in vlti.gl.
b Aut eſt abſolutus,qꝛ nõ fuit probatum:tunc põt accuſari criminaliter:qꝛ lꝫ non ſit probata in ciuili inſtãtia,nõ eſt precluſa via ꝓbandi in criminali,cũ ad aliud agatur.facit ad hoc qd not.inſti.ſi quadrupes paupe.feciſſe dicatur.in.ſi.ꝛ.d.l.ij.vi
c bo.rap. ¶ Eſt tertiũ mẽbrum,qñ apparet abſolutus ſimpliciter,nõ inſerta cauſa innocentie,vel inopie probationũ:tunc doc.dicunt ꝙ in dubio preſumitur abſolutus,qꝛ nõ probatũ liquet iudici ex actis.Sed alia negatiua,qꝛ non deliquerit non conſtat iudici hoc tenet Cy.in.d.l.j.quando ciuilis actio.ꝛ Bar.in.l.ij.vi bo.rap.qd credo verum.ponẽdo ꝙ ex actis non appareat ꝓbata innocẽtia.nã tunc abſolutoria fertur ex iuris preſumptione:qꝛ nemo preſumit in dolo,niſi probet.
5 ¶ † Sꝫ ſi ex actis apparet inocẽtia ꝓbata(exẽplũ.ĩ.de ꝯtrahẽ.ꝛ ꝯmit.ſtipu.l.optimã.in ſi.)tũc preſumo ſentẽtiam latã pretextu innocẽtie vere,nõ tñ preſumpte ꝛ iõ ſentẽtia eſt efficacior ſemper enim ſentẽtia videtur habere tacitam cãm ꝑ relationẽ ad acta,que idẽ operatur qd cã expreſſa:vt no.Ja.de raue.ꝛ Cy.in.l.j.ĩ.de erro.aduo.predicta,vera in ſentẽtia:ſed an atteſtationes in ciuili valeant in criminali,vel e contra,dic vt.ĩ.ad.l.iul.de vi.l.ſi quis ad ſe fundum.Itẽ diſtinctionem dictorũ intellige quando eſt ordinarie proceſſum:ſecus ſi ſummarie:quia ſumma cognitio non derogat cognitioni pleniori:vt.l.pe.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.cum materia ſua.

1 ☞ Pena legis aquilie an duplicet ꝯ negantẽ.
2 Quid ſi quis primo negat,poſtea confiteatur,an ſibi proſit confeſſio.
3 Confitens factum,ꝛ negans qualitatem,an habeat beneficium ſtatuti quod dat confitentibus.
4 Condemnatio ad duplũ procedit ſi hoc petat.
5 Quod autem veniat duplicandum.
6 Delictum an poſſit probari per inſtrumentum.
7 Judex debet aſpicere ſi quid damni datum ſit,ſi ad oculum apparere poteſt.

¶ Lex quarta.

Contra negãtem. Actio.l.aquilie eſt penalis.i.in duplũ
1 contra negantem.h.d. ¶ † Op.ꝙ cõ
c tra negantem nõ eſt pena dupli.[c] vt.l.eum qui.in prin.ff.de iureiur.Sol.vt gl,qꝛ hic erat conuictꝰ negans per teſtes,vel inſtrumenta,vbi vero per ſimplex iuramẽtum aduerſarij ei delatum a reo.tunc enim eſt triplex ratio quare reus releuatur a pena dupli.prima eſt:quia actor releuatur ab onere probandi.ſecũda eſt,quia ſi actor valebat conſequi duplum,debebat aſſumere viam probandi per teſtes,vel inſtrumenta,ꝛ non viam ſe releuandi ab onere probationis per proprium ſa-

a ¶ Cõcluſio eſt bona hoc etiã ponit Cy.vñ videtur ꝙ ſi deſtruxiſti domũ meam,non debeo agere vt reficias vt hic,ſꝫ ad intereſſe.vide tñ Paul.de ca.in.l.j.§.ꝛ poſt operis.de oper.no.nunciatio.

b ¶ Si qs occidit.No.de occidẽte nõ rite bãnitum.vide q̃ remiſi in.d.l.pe.ff.de adul.An.B.

c ¶ Dupli.Qñ pena negantis ſit dupli.vid plene Bal.in aut.contra.qui ꝓpriã.ĩ.de nõ nu.pec.ꝛ in.l.j.de fur.☞ Tu vide quid de iure canonico ꝛ an in foro conſciẽtie.Anto.cor ſe ſingu.ſuis in ver.pena.Celſus.